

C#2 - C#48



Am l.

BJ1240
.A5
1791
v.1
c.1



1080044784

ACADEMIA
SALVATIENSIS
UNIVERSITATIS THEOLOGICAE MORALIS

DUO ANGELOS
BULLIACI PONTIFICUM DECRETIS

R. PLANTINUS
et JOSEPHUS

220
1711

POSTHUMI APUD
et JOSEPHUS

COMPENDIUM
SALMANTICENSE
IN DUOS TOMOS DISTRIBUTUM
UNIVERSÆ THEOLOGIÆ MORALIS
QUÆSTIONES

BREVI, AC PERSPICUO STYLO COMPLECTENS AD SANIOREM DOCTRINAM,
MELIOREMQUE METHODUM PRÆ ANTIQVO CURSU REDACTUM

DUCE ANGELICO PRÆCEPTORE

BULLIS, AC PONTIFICUM DECRETIS PRÆSERTIM
novissimis auctum, & illustratum

AUTHORE

R. P. F. ANTONIO A SAN JOSEPH

*Olim Lectore, Priore, ac Examinatore Synodali in suo Colle-
gio Burgensi, denique Procuratore Generali in Romana
Curia pro Carmelitarum Discalceatorum His-
panica Congregatione.*

TOMUS PRIMUS.

EDITIO QUARTA.

eadem Authore novissime correctæ, & quibusdam addi-
tionibus scitu dignis locupletata.

SUPERIORUM PERMISSU.

POMPELONÆ: APUD BENEDICTUM COSCULLUELA,
ET JOSEPH LONGAS. ANNO 1791.

rectumque veritatis tramitem æquo pede gradientem.

Sed ecce studentium universalis clamor, sapientum desideria, repetitæque instantiæ Authoris animum sollicitarunt, ut opus hoc a pluribus mendis purgatum, sedulo typis mandaretur, & Deo dante, ita factum est: in eo aliquid ab ipso Authore cum aliis viris doctis mutatum est, quod nunc probabilius, & conformius legibus, ac rectæ rationi visum fuit; hocque præsertim notare debet pius Lector in controversia illa de privilegio pro tempore interdicti in Bulla concessa, quæ matura meditatione, & prolixiori discussione aliter disposita traditur in hac editione: aliquid etiam additum est ab ipsis ad doctrinæ illustrationem, semper præ oculis habentibus, ex una parte illud S. Caroli: *Longe absint a nobis voces illorum, qui consuunt pulvillo sub omni cubito manus, & capiunt cervicalia sub capite universæ ætatis ad capiendas animas: Popule meus qui te in tanta malorum colluvione beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & viam gressuum tuorum dissipant: & ex alia: Declamatores rigidos, qui alligant in humeros populi Christiani onera importabilia, & nescio, an saltem ipsi digito ea movere velint*; sed præcipua cura illis fuit, nihil prætermittere ex novis decretis, quæ vel a Regia potestate promulgata sunt, ut circa negotiationem frumenti, venationem, ludos, sponsalia, matrimonia, aliaque hujusmodi; vel Ecclesiastica autoritate sancita, ut circa jejunium militare, Bullam Cœnæ, & Cruciatæ gratiosum diploma, cujus Summarium aliquam variationem in hac nostra tempestate passum est in suppressione illius periodi: *y de los declarados en la Bula in Cœna Domini.*

Et quamvis facilis, levisque erat negotii doctrinas omnes sacræ Scripturæ, Conciliorum, & sanctorum Patrum autoritate fulcire, & ornare, consulto a congerie autoritatum abstinere æquum duxit clarissimus Author, ne nativam claritatem, quæ hujus operis est character, & juvenum instructioni adeo necessaria, auferret. Absdubio præsentem habuit

præ-

præclaram Angelici Præceptoris doctrinam circa hoc punctum stabilitam, in quodl. enim 4. art. 18. inquit D. Thomás, utrum determinationes theologice debeant fieri autoritate, vel ratione? & in corpore art. ita resolvit: *Quædam disputatio est magistralis in scholis, non ad removendum errorem, sed ad instruendum auditores, ut inducantur ad intellectum veritatis, quam intendit, & tunc oportet rationibus inmitti investigantibus veritatis radicem, & scire facientibus, quomodo sit verum, quod dicitur; alioquin, si nudis autoritatibus questionem Magister determinet, certificabitur quidem auditor, quod ita est, sed nihil scientiæ, vel intellectus acquirat, sed vacuus abscedet.* Ne ergo vacui ascendant scholastici, moralem doctrinam rationibus optimè roboravit expertissimus Author, scripturam sacram, & traditionem, ut par erat, magnificet, & in capite suarum decisionum reverenter apposuit, jus canonicum, & civile familiariter salutavit: D. Thomam, a quo illam accepit, sæpe sæpius laudavit, calamum in ejus limpidissimo atramentario placidissime intingendo, in sanctumque Doctorem, tamquam in Magistrum professione, & passione jurejurando: Magnum Bened. XIV, ubi oportuit, non omisit, & denique sacræ Congregationis decisiones breviter recitavit; quod quidem sufficere ad Compendium, quin amplius desideretur, quidquid alii dicant, judicavit Author moderatissimus.

Duos contrarios errores cum celeberrimo Cano libro 9. de Locis cap. 1. discretissime fugavit Compendiator, unum eorum, qui usque adeo argumentis a ratione se addixerunt, ut sive disputent, seu scribant, scripturam sacram, sanctorumque Patrum libros, ne legisse quidem videantur; alterum illorum, qui solis sacrarum litterarum testimoniis, aut interdum etiam Scriptorum veterum omnia definiant, ab argumentis naturæ haud aliter abhorrentes, quam si essent theologiæ adversa, vel inimica; omnes hi cupientes vitare Carybdim, incidunt in Scyllam. Per difficile est (ajebat su-

pra



S. THERESIA AB IPSIS EDOCTA DOCENS.



Admiranda Doctrina, Sapientiae amatrix, ze-
lantissima sponsa Christi, omnibusque gra-
tissima S. Mater nostra Theresia, *natu-
ralis ordo requirit*, ait Ang. Doct. *ut*
*ille, qui suscipit beneficium, per gratiarum recompensatio-
nem convertatur ad benefactorem secundum modum utriusque.* Ne
ergo ordinem istum foeda ingratitude perverterem, ad Ec-
clesiae sanctae Principem, sacrae doctrinae Magistrum, misera-
bilium personarum benignum Protectorem, acerrimum veri-
tatis defensorem, zelantemque justitiae vindicem: uno verbo;
ad Illustrissimum, ac Reverendissimum D. D. Stephanum
Aguado & Roxas, cui jure, meritoque debetur gratiarum
compensatio, animum meum converti: ita sane pensitabat
gratitudo, ex qua dum vix illi significarem, quod haec edi-
tio liberrime, sine libertate tamen, sua sacrabatur Domina-
tioni, ecce vox de trono (melius dicerem de intimo cordis
affectu) dicens: *non mihi, non mihi, de quo nil boni dici va-
let; sed Matri sanctae, sanctae Matri, de qua vere plurima
poterunt praedicari.* Modestiam, & humilitatem demiratus, ad
ejus pedes subito provolutus gratissimum obtuli sacrificium.

Tibi ergo Seraphica Mater, & sapientissima Virgo edi-
tionem hanc dicat, offert, atque consecrat Princeps hic addic-
tissimus, & nulli in tua devotione secundus: Tu es enim
juxta Illm. Godoy Magistra Praelatorum, ab ipsis edocta, il-
los docens, ab ipsis acclamata, illos dirigens, ab ipsis mag-
nificata, illos illuminans, quam omnes praedicant caelestis sa-
pientiae Magistram. *Ecquis tecum communicavit, qui fructum
aliquem virtutis, & honoris in se non senserit? E monumen-
tis surgant tui inclyti Confessarii, Magistri simul, atque dis-
cipuli, & venerabiles postea Episcopi Velazquez Oxomensis,
Yepes Turiasonensis, Manso Calagurritanus, Castro Nero Se-
goviensis, Teutonius Eboracensis, Mendoza Palentinus, alij-*
que

que permulti, & clara enuntiabunt voce veram tibi debere sapientiam, Episcopalem honorem, in virtute progressum, in grege profectum, decorem in Clero, & felicitatem in Cælo. Vere doctum novi nullum, qui non te in Matrem, & Magistram sibi adsciverit, nec te colentem ullum scivi, qui mire in virtute non splenduerit. Aris, & focis hujus testes sunt veritatis Dominicus Bañez, Petrus Ibañez, Petrus Fernandez a Castillo, Hieronimus Gratianus, alijque bene multi, qui a confessionibus tibi fuere scientia, & virtute præstantes. Idem quod perquam maxime experti sunt tui primitivi filij; primusque in primis S. Joannes a Cruce, Antonius deinde Heredia, Nicolaus Doria, Joannes Roca, Ambrosius Marianus, cæterique cogvi. Ast felicius adhuc encomia isthæc prædicabunt tuæ amantissimæ filiæ, indivulsæque discipulæ V. V. Ana a S. Bartholomeo, Ana a S. Augustino, Ana a Jesu, Elisabeth a S. Dominico, innumeræque aliæ, quipequæ sanctissimæ ipsarum Matris spiritus pabulo imbutæ, sicuti & doctrinæ, ut altius, ita proximius in cordis tabulis eadem sculpsere. Dicat ergo, & ex corde dicat expertissimus hic tuus devotissimus Præsul: *Matri sanctæ, sanctæ Matri, de qua plurimæ veritates poterunt prædicari.*

Gloriosa quipe dicta sunt de te Civitas Dei, sanctitate plena, cœlesti ornata sapientia, præ Sapho illuminata, sapientibus multis mirabilis emulatrix, Hispaniæ nostræ circumspecta Debora, Judith nostræ Bethuliæ peritissima; divinis litteris maxime fulgens gratiæ legis Holda, quædam denique Maqueda ea nobilitate, ac sapientia præmunita, quæ alti acuminis ingenij alte excesseris Salomonem. Cui igitur aptius dicari potest opus ad æternam homines dirigens felicitatem, quam tibi, quæ, ut veritatis Magistra non tantum verbo, & scriptis, sed iteratis etiam exemplis perfectionis docuisti semitam, opere, ac verbo demonstrans, qua sit nobis via beatitudo feliciter consequenda, qua lege animi mores componendi, qua regula nostri actus dirigendi, qualiter declinanda malitia, sectanda pietas, virtutes denique comparandæ? Ah! quoto jure nostram

commoves admirationem, qua veluti vivam te moralitatis veneramur regulam, scriptaque tua ut mortuum canonem, animas tamen (ut olim ossa Elisei) vivificantem? Te quippe ipsam præbes, ut cum Apostolo loquar, *exemplum bonorum operum, benignam, sobriam, justam, sanctam, continentem, amplectentem eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, ut verbo, & opere potens sis exhortari in doctrina sana, & eos, qui contradicunt, arguere.*

Doctrina enim tua non est tua, sed juxta Rom. sacr. Rotæ sententiam ejus est, qui illuminavit te. Quod S. S. P. P. obscure de mystica theologia, atque sparsim tradiderunt, id tu in methodum tam concise, ac dilucide redactum præbes, ut nullus sit ambiguitati locus, nec ullus illusioni pateat aditus; omnia quinimo ita explanas, ut tua scripta in S. R. E. Congregationibus ut Lidijs lapis habeantur, quo servorum Dei virtutes, revelationes, miracula, & raptus examinantur: Testis est cum reverentia nominandus Bened. XIV. in suo percelebri operé de beatificatione sanctorum. Nec mirum itaque jam erit, quod pronunciauit Tarraconense Concilium: nempe *Theresia Virgo magnarum splendore virtutum, consilio, prudentia, sicut & divine scientiæ altitudine præstans Hispaniæ extollitur Magistra. Hæc Virgo, ait Illustrissimus Caramuel, magna fuit in philosophicis, major in politicis, & maxima in theologicis: dum hortatur, suadet; dum perorat, convincit; dum invocat, atrahit; & quod plus est, dum reprehendit, allicit; dum minatur, rapit; vel peccatores a vitiorum turpitudine revocat, virtutis pulchritudine ostensa, vel justos ad perseverantiam roborat, justitiæ corona demonstrata, vel tepidos ad orandum inflammat.* Parumque est hoc: Tu namque Virgo sapiens es malleus hæreticorum, Ecclesiæque sanctæ clipeus; scriptis enim tuis Arij, & Sabelij sacrosanctam erga Trinitatem penitus confunduntur errores; contra venerabilem Eucharistiam Lutheri, & Calvini, deliramenta radicitus dissipantur: Maxiliensium, totiusque Pelagianæ sectæ circa divinam gratiam errata insanabiliter obruuntur: Michaelis de Molinos circa orationem insaniam cito citius evanescent: Eutichis de-

denique, ac Nestorij (ut plurā alia præteream) in B. V. Mariæ Maternitatem dementiæ ad nihilum rediguntur actutum. Adhuc tamen, ni tibi, benigne Lector, gravis esse vereretur, laudes tibi in memoriam revocarem, quibus aquilini ejus scriptorum Censores V. V. Joannes de Avila, Ludovicus de Granata, Eminentissimus de Quiroga, & his similes plerique sunt ejus sapientiam prosequuti.

Nec id miremini, exclamat discalceatus Doctor quidam, ad unam enim Theresiam formandam sanctissimi tres Ecclesiæ Doctores, imo quatuor, atque etiam quinque lubentissime perbenigni convenere. Hieronim. cum epistolarum libro, August. cum libro confessionum, cum libro moralium Greg. & cum styli, ni fallor, dulcedine Ambros. Doct. denique Ang. cum sua mirabili theologica summa; adeoque Theresia, una cum sit, est ter ipsa, vel quater, aut quinquies Doctrina, agens cum D. Thom. de Trinitate, ut scholastica; scripturas cum Hieronim. ruminans, atque declarans, ut expositiva; ad Dei amorem, ut moralis, & mystica Lectores alliciens pariter, & accendens cum Ambrosio simul ac Gregorio. Ita quidem haud immerito celebratissimus Ganganeli, tom. I. epist. XIV. ideo Theresiam Ecclesiæ Patrem appellavit, *quia quidquid in Patribus reperitur, in ejus quoque operibus invenitur, ita ut omnia præviderit, nilque intellectum ejus præterierit.* Omnia hæc, multoque plura, quæ brevitatis ergo missa fiunt, diligentissime perscrutatus noster vigilantissimus Pastor, optime, sicut & prudentissime hæc nunquam satis emisit laudanda verba: *Matri sanctæ, sanctæ Matri, de qua plures poterunt veritates præconizari.* Te ergo quæsumus S. Mater, & Magistra placido semper vultu, grato animo, piisque aspicias oculis dignissimum Antistitem nostrum, ejus illumines mentem ad hujus amplæ Dioceseos regimen, inque Dei amorem ipsius inflames voluntatem, illumque demum dirigas in Paradisum exultationis, in quo tecum Deo fruatur in sæcula sæculorum. Amen. Sic iterum, atque iterum humiliter exposcit tuus minimus filius.

Fr. Dominicus a Sancta Maria.

I N D E X

Tractatum, Caputum, Punctorum, & Paragraphorum.

| | | |
|---|--|-------|
| TRACTATUS PRIMUS. | II. De actibus conscientia. | 23 |
| | III. De conscientia recta. | 24 |
| De principiis moralitatis. Pag. 1. | IV. De conscientia erronea. | 25 |
| | V. De gravitate, & specie peccati ex conscientia erronea. | 27 |
| CAPUT PRIMUM. | VI. De qualitate actus elicit ex conscientia erronea. | 28 |
| De existentia, natura, objecto, & de locis Theologiæ moralis. ibid. | VII. De Confessario penitentis accedentis cum conscientia erronea. | 30 |
| PUNCT. I. De existentia, & essentia moralis Theologiæ. ibid. | | |
| II. De qualitate Theologiæ moralis. | | 2 |
| III. De objecto Theologiæ moralis. | | 4 |
| IV. De locis Theologiæ moralis. | | 4 |
| §. I. De Scriptura sacra, ibid. | | |
| II. De Traditionibus. | | 6 |
| III. De Ecclesia. | | ibid. |
| IV. De Conciliis. | | 7 |
| V. De summo Pontifice. | | 8 |
| VI. De sanctis Patribus. | | 10 |
| VII. De Theologis, & Canonistis. | | ibid. |
| VIII. De tribus ultimis locis. | | 11 |
| | | |
| CAPUT II. | | |
| De actibus humanis. ibid. | | |
| PUNCT. I. De moralitate. | | 12 |
| II. De libertate requisita ad moralitatem. | | 13 |
| III. De voluntario. | | 14 |
| IV. De involuntario, & ejus causis. | | 15 |
| §. I. De violentia. | | 16 |
| II. De metu. | | ibid. |
| III. De concupiscentia. | | 17 |
| IV. De ignorantia. | | 18 |
| V. Quando ignorantia sit peccaminosa? | | 19 |
| PUNCT. V. De regulis moralitatis. | | 20 |
| | | |
| TRACTATUS SECUNDUS. | | |
| De regulis morum. | | 21 |
| | | |
| CAPUT PRIMUM. | | |
| De conscientia. ibid. | | |
| PUNCT. I. Notio, & divisio conscientia. | | 22 |
| | | |
| II. De actibus conscientia. | | 23 |
| III. De conscientia recta. | | 24 |
| IV. De conscientia erronea. | | 25 |
| V. De gravitate, & specie peccati ex conscientia erronea. | | 27 |
| VI. De qualitate actus elicit ex conscientia erronea. | | 28 |
| VII. De Confessario penitentis accedentis cum conscientia erronea. | | 30 |
| | | |
| CAPUT II. | | |
| De conscientia probabili. | | 31 |
| | | |
| PUNCT. I. Notio, & divisio conscientia probabilis. | | ibid. |
| II. An liceat sequi opinionem probabilem. | | 32 |
| III. De probabilismo. | | 33 |
| §§. Diluuntur argumenta contraria. | | 35 |
| PUNCT. IV. De opinione a Confessario eligenda in administratione sacramenti Pœnitentiæ. | | ibid. |
| V. Quam opinionem eligere debeant judex, advocatus, & medicus? | | 36 |
| §§. Corollaria præcedentis doctrina. | | 38 |
| | | |
| CAPUT III. | | |
| De conscientia dubia, & scrupulosa. | | 38 |
| PUNCT. I. De natura, & divisione conscientia dubie. | | 39 |
| II. Quomodo se gerere debeat, qui laborat conscientia dubia? | | ibid. |
| III. De intelligentia regulæ. | | |
| Melior est conditio possidentis. | | 40 |
| §. I. Diluuntur argumenta contraria. | | 41 |
| II. Corollaria. | | ibid. |
| PUNCT. IV. De conscientia scrupulosa. | | 42 |
| V. De Confessario scrupuloso. | | 43 |
| VI. An liceat agere contra conscientiam scrupulosam. | | 44 |

| | | | |
|--|-----|--|--|
| TRACTATUS TERTIUS. | | | |
| <i>De legibus.</i> | 45 | | |
| CAPUT I. | | | |
| <i>De essentia, & conditionibus legis.</i> ibid. | | | |
| PUNCT. I. <i>Natura, & conditiones legis.</i> ib. | | | |
| II. <i>De divisione legis, & de jure gentium.</i> | 46 | | |
| III. <i>De lege humana naturali.</i> | 47 | | |
| IV. <i>De lege humana positiva.</i> | 48 | | |
| §. I. <i>Quod jus præcipue observandum sit.</i> | 49 | | |
| II. <i>Quomodo legendæ, & scribendæ citationes utriusque juris.</i> | 50 | | |
| III. <i>Modus citandi jus civile.</i> | 51 | | |
| PUNCT. V. <i>De promulgatione legis.</i> ibid. | | | |
| VI. <i>De acceptatione legis.</i> | 52 | | |
| VII. <i>De appellatione a lege.</i> | 53 | | |
| CAPUT II. | | | |
| <i>De potestate ferendi leges.</i> | 54 | | |
| PUNCT. I. <i>De potestate legislativa civilium.</i> ibid. | | | |
| II. <i>De potestate condendi leges ecclesiasticas.</i> | 55 | | |
| CAPUT III. | | | |
| <i>De obligatione, quam lex ex natura sua inducit.</i> | 56 | | |
| PUNCT. I. <i>De obligatione legis humanæ.</i> ib. | | | |
| II. <i>Unde colligendum sit leges sub gravi, vel levi obligare.</i> | 57 | | |
| III. <i>Unde colligenda sit materiæ gravitas?</i> | 58 | | |
| IV. <i>Quomodo materia levis per continuationem, & contemptum fiat gravis?</i> | 59 | | |
| V. <i>De obligatione legis pœnalis.</i> ibid. | | | |
| §. I. <i>Divisio legis pœnalis.</i> ibid. | | | |
| II. <i>Resolvitur dubium.</i> ibid. | | | |
| III. <i>De pœna subeunda a transgressoribus.</i> | 63 | | |
| PUNCT. VI. <i>De lege fundata in præsumptione.</i> | 64 | | |
| VII. <i>De lege irritante.</i> | 65 | | |
| VIII. <i>De obligatione legis dubiæ.</i> | 66 | | |
| IX. <i>An periculum gravis damni, vel mortis excuset ab obligatione</i> | | | |
| <i>legis.</i> | 67 | | |
| §. I. <i>Resolvitur dubium.</i> ibid. | | | |
| II. <i>Solvuntur argumenta.</i> | 68 | | |
| PUNCT. X. <i>De actibus ad legem implendam requisitis.</i> | 69 | | |
| XI. <i>De intentione ad legem implendam requisita.</i> | 70 | | |
| CAPUT IV. | | | |
| <i>De subiecto, & materia legis humanæ.</i> | 72 | | |
| PUNCT. I. <i>De subiecto legis humanæ.</i> ibid. | | | |
| II. <i>An religiosi exempti teneantur legibus, aut statutis Synodali- bus?</i> | 73 | | |
| III. <i>An clerici teneantur observare leges civiles?</i> | 74 | | |
| IV. <i>Quomodo pueri, & amentes teneantur legibus humanis?</i> | 75 | | |
| V. <i>De legibus, quibus adstringantur vagi, peregrini, & advenæ.</i> | 76 | | |
| VI. <i>De materia legis humanæ.</i> | 78 | | |
| VII. <i>An actus interni sint materia legis humanæ?</i> | 79 | | |
| CAPUT V. | | | |
| <i>De cessatione, & interpretatione legis.</i> | 81 | | |
| PUNCT. I. <i>De legis cessatione.</i> ibid. | | | |
| II. <i>De abrogatione legis humanæ.</i> | 82 | | |
| III. <i>De interpretatione legis.</i> | 83 | | |
| IV. <i>De epikeja.</i> | 84 | | |
| CAPUT VI. | | | |
| <i>De dispensatione legis.</i> | 85 | | |
| PUNCT. I. <i>Notio, & divisio dispensationis.</i> ibid. | | | |
| II. <i>An lex naturalis, & divina dispensabilis sit?</i> | 86 | | |
| III. <i>De potestate dispensandi in lege humana.</i> | 87 | | |
| §. I. <i>De potestate inferioris ad dispensandum in lege superioris.</i> | 88 | | |
| II. <i>De potestate delegata dispensandi in legibus.</i> | 89 | | |
| PUNCT. IV. <i>De causa requisita ad validam, & licitam dispensationem.</i> | 90 | | |
| §. I. <i>An Legislator valide possit dispensare sine causa in sua lege?</i> ibid. | | | |
| | II. | | |

| | | | |
|---|-------|--|-------|
| II. <i>Refelluntur argumenta.</i> | 91 | II. <i>De donis in particulari.</i> | 114. |
| III. <i>Quale sit peccatum dispensare sine causa in propria lege?</i> | 93. | III. <i>De fructibus Spiritus sancti.</i> | 115. |
| IV. <i>De causa ad validam, & licitam dispensationem.</i> | 94. | IV. <i>De beatitudinibus.</i> | 116. |
| PUNCT. V. <i>Quibus causis dispensatio cesset?</i> | 96. | TRACTATUS QUINTUS. | |
| §. I. <i>An cessante causa motiva, cesset ipsa dispensatio.</i> ibid. | | <i>De vitiis, & peccatis.</i> | 117. |
| §. II. <i>De revocatione, & renunciatione dispensationis.</i> | 97. | CAPUT I. | |
| | | <i>De nomine, & natura vitiorum.</i> | ibid. |
| CAPUT VII. | | | |
| <i>De consuetudine.</i> | 98. | CAPUT II. | |
| | | <i>De vitiis capitalibus.</i> | 118. |
| PUNCT. I. <i>Notio, & divisio consuetudinis.</i> ibid. | | CAPUT III. | |
| II. <i>De conditionibus ad consuetudinem requisitis.</i> | 99. | <i>De peccatis in communi.</i> | 124. |
| III. <i>De aliis conditionibus consuetudinis.</i> | 100. | PUNCT. I. <i>Notio, & effectus peccati.</i> ibid. | |
| IV. <i>De effectibus consuetudinis.</i> | 101. | II. <i>De divisione peccati.</i> | 125. |
| TRACTATUS QUARTUS. | | | |
| <i>De virtutibus.</i> | 102. | III. <i>De peccato originali.</i> | 127. |
| CAPUT I. | | | |
| <i>De virtutibus in communi.</i> | ibid. | IV. <i>De effectibus peccati originalis.</i> | 128. |
| PUNCT. I. <i>Nomen, & notio virtutis.</i> ibi. | | V. <i>De peccato commissionis, & omissionis.</i> | 130. |
| II. <i>Divisio virtutis.</i> | 103. | VI. <i>De omissione respectiva ad suam causam.</i> | 131. |
| III. <i>De proprietatibus virtutum.</i> | 104. | VII. <i>De differentia peccati mortalis, & venialis.</i> | 132. |
| PUNCT. IV. <i>De connexione virtutum.</i> | 105. | VIII. <i>De transitu peccati alias venialis, in mortale.</i> | 133. |
| V. <i>De dignitate, & præstantia virtutum.</i> | 106. | IX. <i>De habitu vitioso.</i> | 135. |
| | | X. <i>De advertentia, & consensu ad peccatum requisitis.</i> | 136. |
| | | XI. <i>De consensu voluntatis in illicitos effectus.</i> | 137. |
| | | XII. <i>De delectatione morosa.</i> | 138. |
| CAPUT II. | | | |
| <i>De virtutibus cardinalibus.</i> | 108. | CAPUT IV. | |
| PUNCT. I. <i>De prudentia.</i> | ibid. | <i>De distinctione specifica, & numerica peccatorum.</i> | 140. |
| II. <i>De justitia.</i> | 109. | PUNCT. I. <i>De distinctione specifica peccatorum.</i> | ibid. |
| III. <i>De fortitudine.</i> | 110. | II. <i>De distinctione numerica peccatorum.</i> | 142. |
| IV. <i>De temperantia.</i> | 111. | TRACTATUS SEXTUS. | |
| CAPUT III. | | | |
| <i>De donis Spiritus sancti, fructibus, & beatitudinis.</i> | 113. | <i>De Præceptis Decalogi.</i> | 145. |
| PUNCT. I. <i>De donis in communi.</i> ibid. | | CAP. UNICUM. | |
| | | <i>De Decalogi, ejusque præceptorum nu-</i> | |

| | | | |
|--|-------|---|-------|
| numero, ordine, & obligatione. | 146. | TRACTATUS OCTAVUS. | |
| PUNCT. I. De natura decalogi, ac ejusdem præceptorum numero. | ibid. | De spe, & timore. | 173. |
| PUNCT. II. De ordine, & obligatione præceptorum decalogi. | ibid. | CAPUT UNICUM. | |
| TRACTATUS SEPTIMUS. | | De spe, de vitiis ei oppositis, ac de timore. | ibid. |
| De fide. | 148. | PUNCT. I. De natura, & præceptis spei. | ibid. |
| CAPUT I. | | PUNCT. II. De peccatis spei oppositis. | 174. |
| De natura, objecto, subjecto, necessitate, & præceptis fidei. | ibid. | III. De timore. | 175. |
| PUNCT. I. Notio, & divisio fidei. | ibid. | TRACTATUS NONUS. | |
| II. De objecto, & subjecto fidei. | 149. | De caritate. | 177. |
| III. De necessitate fidei ad salutem. | 150. | CAPUT UNICUM. | |
| §. I. De credendis necessitate medii. | ibid. | De natura, & præceptis caritatis. | ibid. |
| II. Alia dubia de eadem materia. | 151. | PUNCT. I. Notio, & divisio caritatis. | ibid. |
| PUNCT. IV. De præceptis fidei. | 154. | II. De præceptis caritatis. | 179. |
| V. De credendis necessitate præcepti. | ibid. | III. De præcepto diligendi proximum. | 181. |
| VI. De præcepto exterius consistendi fidem. | 156. | IV. De ordine caritatis servando. | 182. |
| VII. De præcepto negativo exterius non dissentiendi fidei. | 157. | §. I. De ordine amandi. | ibid. |
| VIII. De præcepto non utendi vestibus, aut signis infidelium. | 158. | II. De ordine subveniendi in spiritalibus. | ibid. |
| IX. An liceat catholicis de rebus fidei cum hæreticis disputare? | 159. | III. De ordine subveniendi in corporalibus. | 185. |
| CAPUT II. | | PUNCT. V. De inimicorum dilectione. | ibid. |
| De vitiis, & peccatis fidei oppositis. | 160. | VI. De præcepto reconciliationis inimicorum. | 188. |
| PUNCT. I. Notio, & divisio infidelitatis. | ibid. | CAPUT II. | |
| II. De potestate Ecclesie in hæreticos, & infideles. | 162. | De elemosyna, & correptione fraterna. | ibid. |
| III. De communicatione cum infidelibus. | 163. | PUNCT. I. De elemosyna. | ibid. |
| IV. De hæresi. | 164. | II. De præcepto elemosynæ. | 190. |
| V. De apostasia a fide. | 166. | §. I. De necessitate extrema. | 191. |
| VI. Divisio, & pænæ hæresis. | 167. | II. De necessitate gravi. | 192. |
| VII. De excommunicatione contra hæreticos lata. | ibid. | III. De necessitate communi. | 194. |
| VIII. Alia dubia de eadem materia. | 168. | PUNCT. III. Qui possint, & teneantur facere elemosynam. | 195. |
| IX. De obligatione hæreticos denunciandi. | 170. | §. I. De secularibus. | ibid. |
| X. De suspectis de hæresi. | ibid. | II. De ecclesiasticis. | ibid. |
| XI. De libris prohibitis. | 171. | III. De hujus obligationis qualitate. | 196. |
| | | IV. Satis sit objectionibus. | 197. |
| | | V. Alia dubia de eadem materia. | 198. |
| | | VI. De regularibus. | 199. |
| | | PUNCT. IV. De quibus bonis faciendâ | 200. |

| | | | |
|--|-------|--|-------|
| est elemosyna. | 200. | CAPUT II. | |
| V. Quibus pauperibus elemosyna largienda sit. | 201. | De adoratione Dei, & sanctorum. | 241. |
| VI. De mendicitate religiosa. | 202. | PUNCT. I. Notio, & divisio adorationis. | ibid. |
| VII. De correptione fraterna. | 204. | II. De adoratione patriæ. | 242. |
| §. I. Notitia peccati. | ibi. | III. De hyperdulia, & dulia. | 244. |
| II. Spes emendationis. | 206. | IV. De cultu exhibendo sanctis canonizatis, beatificatis, & aliis personis cum opinione sanctitatis demortuis. | 245. |
| III. Opportunitas personæ corrigendæ, & temporis. | ibid. | V. De cultu sacrarum imaginum, & reliquiarum. | 247. |
| IV. Congruentia personæ corrigentis. | 207. | VI. De cultu vestibus, ac vasis sacris, & aliis rebus ad Dei obsequium destinatis tribuendo. | 249. |
| V. De ordine correptionis fraterna. | 208. | CAPUT III. | |
| CAPUT III. | | De vitiis caritati oppositis. | 210. |
| De vitiis caritati oppositis. | 210. | PUNCT. I. De odio Dei, & proximi. | ibid. |
| PUNCT. I. De odio Dei, & proximi. | ibid. | II. Accidia, invidia, discordia, contentio, & schisma. | 212. |
| II. Accidia, invidia, discordia, contentio, & schisma. | 212. | III. De bello. | 213. |
| III. De bello. | 213. | IV. Quibus, & quando liceat bellare? | 215. |
| IV. Quibus, & quando liceat bellare? | 215. | V. De rixa, duello, & seditione. | 217. |
| V. De rixa, duello, & seditione. | 217. | CAPUT IV. | |
| CAPUT IV. | | De scandalo. | 219. |
| De scandalo. | 219. | PUNCT. I. Notio, & divisio scandali. | ibid. |
| PUNCT. I. Notio, & divisio scandali. | ibid. | II. Quæ opera omittenda sint ad vitandum scandalum. | 222. |
| II. Quæ opera omittenda sint ad vitandum scandalum. | 222. | III. De cooperatione ad peccatum scandalum. | 224. |
| III. De cooperatione ad peccatum scandalum. | 224. | IV. De peccato scandalum contra castitatem. | 226. |
| IV. De peccato scandalum contra castitatem. | 226. | V. Alia dubia de eadem materia. | 229. |
| V. Alia dubia de eadem materia. | 229. | TRACTATUS DECIMUS. | |
| TRACTATUS DECIMUS. | | De primo Decalogi Præcepto. | 231. |
| De primo Decalogi Præcepto. | 231. | CAPUT I. | |
| CAPUT I. | | De virtute religionis. | ibid. |
| De virtute religionis. | ibid. | PUNCT. I. Notio, & actus religionis. | ibid. |
| PUNCT. I. Notio, & actus religionis. | ibid. | II. De devotione. | 233. |
| II. De devotione. | 233. | III. De oratione. | 234. |
| III. De oratione. | 234. | IV. De his, qui orari, & orare valent, ac debent. | 236. |
| IV. De his, qui orari, & orare valent, ac debent. | 236. | V. Pro quibus sit orandum. | 238. |
| V. Pro quibus sit orandum. | 238. | VI. Alia dubia de oratione. | 240. |
| VI. Alia dubia de oratione. | 240. | CAPUT II. | |
| CAPUT II. | | De spectantibus ad votum. | |
| De spectantibus ad votum. | | PUNCT. I. Nomen, natura, & conditio. | |
| PUNCT. I. Nomen, natura, & conditio. | | | |

XVI INDEX TRACTATUUM

| | | | |
|---|-------|---|-----|
| tiones voti. | ibid. | IV. De animo, & certitudine requisitis ad juramentum. | 301 |
| II. De qualitate promissionis ad votum requisitæ. | 268 | V. De justitia, & judicio juramenti. | 302 |
| III. De materia voti; ubi particula de meliori bono explicatur. | 270 | VI. De veritate juramenti promissorii. | 304 |
| IV. De voto circa res indifferentes, aut malas. | 272 | VII. De obligatione, & materia juramenti. | 306 |
| V. Alia dubia circa eandem materiam. | 274 | VIII. De prava jurandi consuetudine. | 307 |
| VI. De voto, & juramento non lu- dendi. | 275 | IX. Quando juramentum confirmet contractum. | 308 |
| VII. De divisione voti. | 275 | | |
| VIII. De obligatione voti. | 277 | | |
| IX. An obligatio voti ad alios transire valeat. | 279 | | |
| X. Quando votum impleri debeat. | 281 | | |
| XI. De voto indeterminato. | ibid. | | |
| XII. De voto dubio, & ex errore, aut dolo emisso. | 283 | | |
| XIII. De voto, aut juramento ex metu facti. | 284 | | |
| XIV. De voto conditionato. | ibi. | | |
| XV. De voto, & juramento pænali. | 286 | | |
| XVI. De his, qui vota emittere valent. | ibid. | | |

CAPUT II.

De cessatione voti. 287

| | |
|---|------|
| PUNCT. I. De voti irritatione. | ibi. |
| II. De votis, quæ conjuges possunt sibi invicem irritare. | 289 |
| III. De dispensatione voti. | 290 |
| IV. De votis reservatis. | 292 |
| V. De commutatione voti. | 294 |
| VI. De cessatione voti per finis cessationem, impotentiam, & condonationem. | 296 |

TRACTATUS DUODECIMUS.

De secundo Decalogi præcepto. 297

CAPUT I.

De juramento. ibid.

| | |
|--|-------|
| PUNCT. I. Nomen, natura, & divisio juramenti. | ibid. |
| II. De diversis verbis, vel formulis, quibus juramenta fieri solent. | 299 |
| III. De requisitis ad licitum juramentum. | 300 |

| | |
|---|-----|
| IV. De animo, & certitudine requisitis ad juramentum. | 301 |
| V. De justitia, & judicio juramenti. | 302 |
| VI. De veritate juramenti promissorii. | 304 |
| VII. De obligatione, & materia juramenti. | 306 |
| VIII. De prava jurandi consuetudine. | 307 |
| IX. Quando juramentum confirmet contractum. | 308 |

CAPUT II.

De quibusdam juramentis peculiaribus. 309

| | |
|---|------|
| PUNCT. I. De juramento amphibologico. | ibi. |
| II. Alia dubia circa juramentum amphibologicum. | 311 |
| III. De aliis juramentis particularibus. | 313 |
| IV. Quomodo cesset obligatio juramenti. | 314 |

TRACTATUS DECIMUSTERTIUS.

De adjuratione. 315

CAP. UNICUM.

De natura, divisione, & aliis conditionibus adjurationis. ibid.

| | |
|--|------|
| PUNCT. I. Quid, & quotuplex sit adjuratio. | ibi. |
| II. De exorcismis. | 316 |
| III. De ingressu Dæmonum in homines. | 318 |
| IV. De aliis violentiis Dæmonum. | 319 |
| V. De egressu Dæmonum. | 320 |
| VI. Alia dubia circa Dæmones. | 321 |

TRACTATUS DECIMUSQUARTUS

De tertio decalogi præcepto. 323

CAPUT UNICUM.

De festorum observatione. ibid.

| | |
|--|------|
| PUNCT. I. De præcepto servandi festa. | ibi. |
| II. De obligatione hujus præcepti. | 325 |
| III. De his, qui ad festa colenda adstringuntur. | 326 |

IV.

CAPITUM, PUNCTORUM, ET PARAGRAPHORUM. XVII

| | | | |
|--|------|----------------------------|-----|
| IV. De abstinentia ab opere servili. | ibi. | XI. De suicidio indirecto. | 360 |
| V. De causis excusantibus laborantes in die festo. | 329 | XII. De homicidio casuali. | 362 |

TRACTATUS DECIMUSQUINTUS

De quarto Decalogi præcepto. 330

CAPUT UNICUM.

De honorandis parentibus. 331

| | |
|--|------|
| PUNCT. I. De obligatione filiorum erga parentes. | ibi. |
| II. De obligatione parentum erga filios. | 332 |
| III. De obligatione mariti ad honorandam uxorem. | 335 |
| IV. De obligatione uxoris ad honorandum maritum. | 336 |
| V. De obligatione fratrum, ad fratres, & sorores. | 337 |
| VI. De honore debito ecclesiasticis, & aliis Superioribus. | 339 |
| VII. De mutuo dominorum, ac servorum obligatione. | 340 |
| VIII. De reciproca dominorum, & famulorum obligatione. | 342 |
| IX. Qualiter honorandi sint tutores, curatores, magistri, & senes. | 343 |

TRACTATUS DECIMUS SEXTUS.

De quinto Decalogi præcepto. 345

CAPUT UNICUM.

De homicidio. ibi.

| | |
|--|------|
| PUNCT. I. Notio homicidii. | ibi. |
| II. De innocenti occisione. | 346 |
| III. De abortu. | 348 |
| IV. De homicidio privata auctoritate perpetrato. | 350 |
| V. De occisione injusti invasoris vite. | 352 |
| VI. De occisione invasoris fame, honoris, & pudicitie. | 352 |
| VII. De occisione invasoris bonorum temporalium. | 354 |
| VIII. Alia dubia circa furis occisionem. | 356 |
| IX. De Suicidio. | 358 |
| X. De membrorum mutilatione. | 359 |

| | |
|---|-----|
| XIII. De homicidio per assassinos perpetrato. | 363 |
| XIV. De taurorum agitatione. | 364 |

TRACTATUS DECIMUS SEPTIMUS

De sexto, & nono Decalogi præcepto. 365

CAPUT I.

De castitate. ibid.

| | |
|--|------|
| PUNCT. I. Notio, & divisio castitatis. | ibi. |
| II. Alia dubia circa virginitatem. | 366 |
| III. De amissione virginitatis. | 368 |

CAPUT II.

De vitis castitati oppositis. ibid.

| | |
|--|------|
| PUNCT. I. De luxuria. | ibi. |
| II. De simplici fornicatione. | 369 |
| III. De concubinato. | 371 |
| IV. Alia dubia circa absolutionem concubinarij. | 372 |
| V. De pænis contra concubenarios impositis. | 373 |
| VI. De meretricibus. | 374 |
| VII. De impudicitia. | 375 |
| VIII. De turpiloquio. | 376 |
| IX. De osculis, & aliis tactibus impuris. | 377 |
| X. Alia dubia circa tactus impudicos. | 378 |
| XI. De parvitate materia in genere luxuriæ. | 380 |
| XII. De stupro. | 381 |
| XIII. De rapto. | 382 |
| XIV. De adulterio. | 383 |
| XV. De incestu. | 384 |
| XVI. De sacrilegio specie luxuriæ. | 385 |
| XVII. De sacrilegio contra locum sacerum, & contra res sacras. | 387 |

CAPUT III.

De vitio contra naturam. 388

| | |
|--|------|
| PUNCT. I. Notio, & divisio hujus flagitii. | ibi. |
| II. De pollutione. | ibi. |

III.

III. De pollutione voluntaria causata. 389
 IV. De pollutione nocturna. 391
 V. De sodomia. 393
 VI. De pœnis contra sodomitas. 394
 VII. De bestialitate. 395

TRACTATUS DECIMUS OCTAVUS.

De septimo, & decimo Decalogi Praecepto. ibid.

CAPUT I.

De iustitia, & iure. ibid.

PUNCT. I. Notio, & divisio iustitiæ. ibid.
 II. Explicatur iustitia legalis, distributiva, & commutativa. 397
 III. De iniustitia, & vitiis oppositis iustitiæ, 398

CAPUT II.

De dominio, & possessione. 399

PUNCT. I. De dominio, ibid.
 II. De usufructu, usu nudo, emphyteusi, & feudo. 400
 III. De possessione. 401
 IV. Qui, & quorum rerum possint habere dominium. 402
 V. De dominio filiorum. ibid.
 VI. De dominio religiosorum. 403
 VII. De dominio uxorum, & servorum. 404
 VIII. De dominio circa animalia. 405
 IX. De piscatione, venatione, & aucupio. ibid.
 X. De montibus, sylvis, & pascuis. 406
 XI. De rebus inventis. 407
 XII. De aliis modis dominium acquirendi. 408
 XIII. De prescriptione. 409

CAPUT III.

De furto. 411

PUNCT. I. Notio, & divisio furti. ibid.
 II. De parvitate materiæ in furto. ibi.
 III. De modis, quibus furta minuta constituunt gravia peccata. 412
 IV. Alia dubia de furtis minutis. 413
 V. De furtis domesticorum. 414

TRACTATUS DECIMUS NONUS

De restitutione. 416

CAPUT I.

De restitutione in communi. ibid.

PUNCT. I. Notio, & præceptum restitutionis. ibid.
 II. De radicibus restitutionis. 417
 III. De culpa, ex qua oritur obligatio restituendi. 418
 IV. De qualitate culpæ requisitæ ut inducat obligationem restituendi ex delicto. 419
 V. De culpa, ob quam teneatur quis ad restitutionem ex officio, aut ex contractu. 421
 VI. De obligatione restituendi ex re accepta. 422
 VII. De restitutione facienda a possessore male fidei. 423
 VIII. De possessore dubie fidei. 425
 IX. De fructibus, & expensis in restitutione deducendis a possessore bone, vel male fidei. ibid.
 X. De emente, aut vendente rem alienam. 427
 XI. De obligatione restituendi ob injustum impedimentum boni alieni. 428
 XII. De his, qui ad restitutionem adstringuntur. 429
 XIII. De causis ad damna positive influentibus. 431
 §. I. Jussio, consilium, consensus. ibid.
 §. II. Palpo, recursus, participans. 433
 PUNCT. XIV. De causis negative concurrentibus ad damnum. 434
 XV. De ordine restituendi a cooperantibus in damnum. 435
 XVI. Quando omnes prædictæ causæ teneantur in solidum restituere. 436
 XVII. De acceptis ob turpem causam. 437
 XVIII. Alia dubia circa acceptionem ob turpem causam. 439
 XIX. De loco, & expensis, quibus restitutio fieri debet. ibid.
 XX. De illis, quibus restitutio fieri debet. 441
 XXI. De restitutio rei ablata, cujus dominus ignoratur. 442
 XXII. De ordine in restitutione servando. 443

CAPITUM, PUNCTORUM, ET PARAGRAHORUM. XIX

XXIII. De tempore, quo restitutio fieri debet. 444
 XXIV. De causis a restitutione excusantibus. 446
 XXV. De ere alieno gravatis religionem ingredi volentibus. 448
 XXVI. De compensatione. 449
 XXVII. Alia dubia circa compensationem. 450
 VIII. De pacto retrovendendi. 472
 IX. De commissario, seu internuntio venditoris, aut emptoris. 473
 X. De justo pretio rerum. 474
 XI. De pretio naturali, seu vulgari. 476
 XII. De pretio legitimo. 477
 XIII. De augmento pretii ob dilatam, aut anticipatam solutionem. 478
 XIV. De vitiis, aut defectibus rei a venditore, vel emptore patefaciendis. 479

CAPUT II.

De restitutione in particulari. 451

PUNCT. I. De restitutione propter homicidium faciendam. ibid.
 II. De restitutione debita ob damna secuta ex homicidio, aut mutilatione. 452
 III. De restitutione, ratione stupri. 454
 IV. Alia dubia circa restitutionem ratione stupri. 455
 V. De restitutione ratione adulterii. 456

TRACTATUS VIGESIMUS.

De contractibus. 457

CAPUT I.

De contractibus in communi. ibi.

PUNCT. I. De natura, divisione, & perfectione contractus. ibid.
 II. De contractu metu inito. 459
 III. De contractu dolo celebrato. ibid.
 IV. De contractu conditionato. 460
 V. De his, qui contrahere valent. 462
 VI. De beneficio restitutionis in integrum. 463

CAPUT II.

De emptione, & venditione. 464

PUNCT. I. De natura emptionis, & venditionis. ibid.
 II. Quando rei dominium per venditionem acquiratur. 465
 III. Ad quem pertineant fructus rei venditæ. 466
 IV. De personis, quæ vendere, aut emere jure possunt, & quæ sint res venales. 467
 V. De negotiatione. 469
 VI. Alia dubia circa negotiationem. 470
 VII. De monopolio. 471
 Tom. I.

CAPUT III.

De mutuo, & usura. 480

PUNCT. I. De mutuo. ibid.
 II. De natura, divisione, ac pravitare usuræ. 481
 III. De usura mentali. 482
 IV. De usura formali manifesta. 483
 V. De usura palliata. 484
 VI. De damno emergente lucro cessante, ac periculo sortis. 486
 VII. De contractu societatis, & securationis. 487
 VIII. De contractu trino. 489
 IX. De restitutione lucri per usuras acquisiti. 490
 X. De montibus pietatis. 491

CAPUT IV.

De cambiis, & aliis contractibus peculiaribus. 492

PUNCT. I. Notio, & divisio cambii. ibid.
 II. De censibus. 493
 III. De censu jure ecclesiastico inspecto. 494
 IV. De locatione, & conditione. 495
 V. De deposito, pignorate, hypotheca, & sequestro. 496
 VI. De ludo. 497
 VII. De ludo vetito. 498
 VIII. De sponione, & lecta. 499
 IX. De promissione. 500
 X. De donatione. 501

CAPUT V.

De testamentis. 402

PUNCT. I. Notio testamenti, & codicilli. ibi.
 II. De his, qui testari, ac heredem institui possunt. 504
 III. De heredum diversitate. ibid.
 IV. De substitutionibus. 506

| | | | |
|---|-----|---|-------|
| V. De revocatione testamenti, & de Commissario. | 507 | X. Alia dubia circa secretum. | 527 |
| VI. De testamentariis, seu executoribus testamenti. | 508 | XI. De iudicio temerario. | ibid. |
| VII. De legatis. | 509 | XII. De suspitione, dubio, & opinionione temeraria. | 529 |
| VIII. Alia dubia circa legata. | 510 | XIII. De restitutione honoris. | 530 |
| | | XIV. De restitutione fama. | 531 |

TRACTATUS VIGESIMUS PRIMUS

De octavo Decalogi præcepto. 512

CAPUT I.

| | |
|--|-------|
| De falso testimonio, & mendacio. | ibid. |
| PUNCT. I. Notio, & divisio falsi testimonii. | ibid. |
| II. De mendacio. | 513 |
| III. De malitia mendacii. | 514 |
| IV. De simulatione. | 516 |

CAPUT II.

| | |
|--|-------|
| De honore, fama, ac de eis oppositis. | 517 |
| PUNCT. I. De honore, & fama. | ibid. |
| II. De contumelia. | ibid. |
| III. De susurratione, & derisione. | 518 |
| IV. De maledictione. | 519 |
| V. De detractione. | 520 |
| VI. Quando detraçtio gravis, aut levis censenda sit. | 521 |
| VII. Alia dubia circa detractionem. | 522 |
| VIII. De causis excusantibus a detractione in criminum manifestatione. | 524 |
| IX. De secreto naturali. | 525 |

CAPUT III.

| | |
|--|-------|
| De foro judiciali. | 532 |
| PUNCT. I. De foro, causa, & iudice. | ibid. |
| II. De aliis requisitis in iudice. | 533 |
| III. De donationibus factis iudicibus. | 535 |
| IV. De modo procedendi per inquisitionem. | 536 |
| V. De requisitis ad inquisitionem specialem. | 537 |
| VI. De accusatore. | 539 |
| VII. De denunciatione. | 540 |
| VIII. De testibus. | ibid. |
| IX. De reo. | 542 |

CAPUT IV.

| | |
|---|-------|
| De advocatis, tabellionibus, & aliis curialibus. | 544 |
| PUNCT. I. De advocatis. | ibid. |
| II. De tabellionibus, & aliis officialibus. | 545 |
| Decretum S. Congregationis de Propaganda fide contra quosdam ritus Sinenses. | 546 |
| Decretum S. R. & universalis Inquisitionis contra quosdam theses circa probabilissimum. | 552 |

S. Bern. in Cant. serm. 36. Exponens illud Apost. si quis existimat se scire aliquid.

Vides quod non probat multa scientem, si modum sciendi nescierit. Vides quomodo fructum, & utilitatem scientiæ in modo sciendi constituit. Quid ergo dicit modum sciendi? Quid? Nisi ut scias quo ordine, quo studio, quo fine, quæque nosse oporteat? Quo ordine? ut id prius, quod maturius ad salutem. Quo studio? ut id ardentius, quod vehementius ad amorem. Quo fine? ut non ad inanem gloriam, aut curiositatem sed tantum ad edificationem tuam, vel proximi.

Multi querunt scientiam, pauci consentiam. Si vero tanto studio, & sollicitudine quæreretur conscientia, quanto quæritur sæcularis, & vana scientia, & citius apprehenderetur, & utilius retineretur. Idem lib. de conscientia cap. 2.



TRACTATUS PRIMUS

De principiis Moralitatis.

Nignoratis principiis ignorentur principia; a principiis Moralitatis exordium sumimus. Ut autem aliquis notitia ipsius Theologiæ Moralis a Candidatis habeatur, præ omnibus de eius existentia, natura, objecto, ac de Locis, seu Fontibus, ex quibus suas conclusiones eruit, quasdam quaestiones, ut præmium totius operis breviter prælibabimus.

CAPUT I.

De existentia, Natura, Objecto, & de Locis Theologiæ Moralis.

Hæc omnia in hoc capite levi calamo discutienda complectimur, ut habita eorum notitia, ad ulteriora clarius procedamus. Unde quaestio *An sit, & quid sit* cæteris omnibus præmittitur.

PUNCTUM I.

De Existentia, & Essentia Moralitæ Theologiæ.

1. Inq. I. An detur Theologia Moralitæ? R. affirm. Nam cum homo sit ordinatus in Deum, sicut ad finem supernaturalem, necessario debet dari aliqua doctrina, qua tali fine cognito, homo in illum suas operationes dirigat; sed hæc doctrina est Theologia Moralitæ: ergo necessaria est, & existit. Theologia quippe Moralitæ dirigit ho-

minem ad cognitionem, & assecutionem Dei: *Moralitæ* que ideo potissimum appellatur, quia versatur circa actus humanos bonos, vel malos: illos consiliando, aut imperando; hos vero inhibendo, & reprobando. Ita D. Thom. 1. p. q. 1. art. 1.

2. Objic. Ad dirigendos actus humanos datur Ethica, seu Philosophia naturalis: ergo non est necessaria Theologia Moralitæ. R. disting. ant. ad dirigendos actus humanos ad finem naturalem, datur Philosophia naturalis, conced. ant. ad dirigendos actus humanos ad finem supernaturalem, neg. ant. & conseq. Philosophia igitur naturalis, *Ethica* nuncupata, versatur circa directionem actuum humanorum in linea naturali; sed ignorat finem supernaturalem, ad quem Theologia Moralitæ ordinat hominem, ejusque actus, & operationes.

3. Addimus, quod licet aliqua in ordine ad Deum, & Authorem naturæ ratione naturali indagari possint; nunquam sine face Divinæ revelationis veritas absque mixtione plurium errorum attingi valet, ut plusquam satis Philosophorum deliramenta ostendunt.

4. Nam relictis aliis erroribus Plato ex altitudine acuminis *divinus* appellatus, finxit ideas universales separatas; quosdam Deos esse aliis minores, animas corporibus præextitisse, & velut in carcere pœnas debere esse communes, licere aliquando mentiri. Ex eo didicit Pythagoras, & docuit transmigrationem animarum, ita ut eadem sit nunc anima Cæii, postea Tulii,